ſupera (haud dubiũ) trãſmiſit· grecanã tantum gentẽ ſub haſta vendi
p̄cepit· Vnde factũ eſt vt omnes calcidis platee et vie· cruore occiſorũ
replerentur· Interea p̄toris vrbis filia vnica· virgo caſtiſſima· puella
decora facie· et venũſto aſpectu· thurco ob ſuã pũlcritudinẽ ingentẽ· ad-
ducta· cum turpitudini et fede cõmixtioni conſentire prorſus rẽnueret·
protinus iugulata proq; fide caſtitatis martirio procul dubio corona
ta· ſponſo virginũ xp̄o ſponſa ip̄a in euũ eſt in celis cõiũcta Porro qui
in arce erãt data ſibi a thurco fide de vita ſeruanda· pactoq; firmata q̄
ſalui euãderent ſi arcem libere in deditionẽ traderẽt· exinde cõfidenter
exierũt· ſed mox egreſſos ipſe fidefragus tyrãnus arce potitus· omnes
ad vnũ iuſſit extemplo trucidari· Hunc in modũ (profecto miseran-
dum) ciuitate p̄dita· occiſis incolis· cede expleta· venetoꝝ capitaneus·
claſſe ſoluta· qũa omniũ arbitratu ſola omnipotentis voluntate exce-
pta facile tantã defenſaſſet vrbem ſi vir fidus et fortis fuiſſet· cũ paruo
honore· fructu nullo· opprobrio ſempiterno· rebus infectis· ymmo tur-
piſſime neglectis· venecias remeauit· moxq; apud ſenatũ accuſatus· de
fenſionis quidem locũ accepit· ſed poſt multas inũanũ adductas fal-
ſas rationes et excuſationes in peccatis· tandem nõ ſatis dignã ꝓ me
ritis accepit vltionẽ· exilio relegatus· atq; p̄petuo profligatus cũ omni
bus ſuis a ciuitate veneciarũ in opidũ cui eſt vocabulum Vtinũ· Ita
res hec· finem accepit triſtem prorſus et infelicem·

¶ Hoc modo equitant Thurci tempore pacis dũ ob aliquã ſolemni-
tatẽ ſiue ſolacij cauſam· feſtiuiori vtũtur apparatu· Guerrarũ vero tp̄e
eodẽ pene habitu ſ armatura alia· enſibus ſcʒ accincti ⁊c̄ in p̄liũ p̄gũt·





TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG